





Kern 86  
(1-54; a-g)

(21)

LECTIOES  
P. P. D. XXVII. SEPTEMB. MDCCLII.  
OCCV. FABVNTVR  
**CONSPECTVS**  
**L A B O R V M**

QVIBVS  
**PROFESSORES**  
*ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE*  
**PER SEMESTRE HIBERNVM**

ANNI MDCCCLII.  
OCCV. FABVNTVR

**PRO-RECTORE**  
**IACOBO GABRIELE WOLFIO,**  
POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO IVRIVMQUE  
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.



P. P. D. XXVII. SEPTEMB. MDCCLII.



*HALAE SALICAE,*  
**LITTERIS HENDELIANIS.**





## LECTIONES

*Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.*



**D.** IAC. GABR. WOLF, hora VIII. matutina, V. C. ENGAVII *elementa iuris canonici*; hora IX. V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* hora III. *elementa sua iuris feudorum, tum prouincialium, tum imperialium*, vberioribus commentationibus illustrabit. *Initium, finitis nundinis Lipsiensibus, d. xviii. mensis Octobris, A. S. N. facturus.*

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF explicabit *Institutiones iuris naturae & Gentium*, quibus ad studium Iurisprudentiae via plana & facilis sternitur Hora IX. matutina. Tradet quoque *Politica* cum principiis Iuris publici vniuersalis Hor. III. pomeridiana.

CAR. GOTTLIEB KNORRE docebit Hor. XI. *Institutiones Iustinianas* ad ducum Elementorum b. m. HEINECCI; Hora X. & II. vero *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur. Facturus initium finitis nundinis Lipsiensibus.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS *priorem epistolam ad Corinthios* explicabit. Paraeneticis lectionibus *Ideam Studioſi Theologiae* porro tractabit, asceticis vero ad *epistolam ad Colossenses* perget, finita propediem ea ad Philipenses.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS hora quidem IX. historiam cum passionis tum resurrectionis dominicae harmonico ordine secundum tres priores Evangelistas philologicis exegeticisque adnotationibus illustrabit, subiuncturus dein Evangelium Iohannis integrum, cum Actis apostolicis Lucae: hora vero X. perget in exponendo illustrandoque ex fontibus sacris Pentateucho Mosaico.

SIG. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. h. VIII. priorem theologiae *dogmaticae*, & h. XI. alteram theologiae *moralis* partem vna cum tertia pertractabit: librum biblicum h. IIII. curatius interpretandum nouasque scholas in locum *hermeneuticarum* ex optatione auditorum successuras, illis propediem aequae ac Ep. ad *Hebraeos* explicatione finita mature significabit: publice vero h. VI. exercitium *disputatorium* continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG in exponendo *Zacharia* versatur; quo ante nouarum Praelectionum initium, quod sperat, absoluto, pro Auditorum delectu, ad explicandos alios Codices *hebraici* libros *difficiliores* progredietur: *Hermeneuticam* sacram tradendi offert operam: & in Exercitationibus antiudaicis commentabitur ad b. D. ZELTNERI Scr. de *Impedimentis & Adiumentis Conuersionis Iudaeorum*.

IOANNES GEORGIUS KNAPP primo alteram theologiae *dogmaticae* partem incipiet atque hac hieme pertractabit: deinde historiae ecclesiasticae Noui Testamenti ad finem perductae, subiunget enarrationem *Historiae Veteris Testamenti*. In scholis asceticis die Domini perget, & pertractata propediem posteriori ad Timotheum epistola, cum scholis nouis reliquis *septem* illas *epistolas apocalyplicas* incipiet.

## IURIDICAE.

IO. TOBIAS CARRACH commentabitur 1) hora VIII. matut. ad BÖHMERI *Tractatum de Actionibus*, & 2) hora IX. ad EIVSDEM *Institutiones Iuris Canonici tum Ecclesiastici tum Pontificii*. 3) Horis autem constitutis EIVSDEM *Introductionem in Ius Digestorum* interpretabitur. 4) De hora *Iurisprudentiae criminalis* destinanda adhuc dubius propediem ex tabulis publicis certiores reddet auditores. 5) *Collegium Processuale* elaboratorium concedet illis, quibus ante collegiorum initium hac de re cum ipso conuenit.

IOAN. CAROLVS KOENIG, per hoc semestre brumale expositurus est hora X. XI. antemeridiana, & hora II. III. pomeridiana L. B. SAMVEL de COCCIUM *systema nouum iustitiae naturalis & romanae*; hora IX. X. *Ius Feudale* ad ductum cel. D. IAC. GABR. WOLFF; hora XI. XII. *Ius publicum* praeeunte cel. D. IO. IAC. SCHMAVSIO; nec deerit eis, qui acroases instituire cupiunt in capitulationem novissimam.

DANIEL NETTELBLADT hora VIII. IX. & X. XI. vniuersae iurisprudentiae positi-



positivae prima principia ad ductum systematis sui docebit. Hora IX-X. vero suum systema elementare vniuersae iurisprudentiae naturalis, & hora XI-XII. SCHMAVS-SII compendium iuris publici commentationibus illustrabit.

## MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI. Explicatione Publica Pathologico-Practica, Affectus Infantum tradet: Priuato studio, absolutis Collegiis Physiologico & Chirurgico, a IX. ad X. mater Pathologiam generalem & specialem coniunctam, a II. ad III. Materiam Medicam cum demonstratione Simplicium & applicatione Practica tractabit.

IO. VNCKER lectionibus publicis rationalem vulnere sanationem ad ductum conspectus sui chirurgici illustrabit. Priuatis scholis altera quidem hora interpretabitur theoretica medicinae praecipua, altera autem therapeutica per singulos morbos institutiones suscipiet. Caeterum priuatis horis exercitationes clinicas cum provectoribus de more recepto continuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in praelectionibus, diebus ac horis confuetis, commentabitur in CHARANDAEI libellum, de ratione viscerum aegros. Priuato studio hora VIII. ad IX. Pathologiam specialem, hora X. ad XI. fundamenta Semiotologiae, & hora XI. ad XII. Chirurgiam rationalem, duce b. COSCHWITZIO, debita exponet perspicuitate.

FRIDERICH HOFFMANN. Publice, hora IX-X. physiologiam explicabit, priuatum vero hora X-XI. collegium in materiam medicam inchoabit. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus die XVIII. Octobris.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publicis in lectionibus diebus Mercurii & Saturni hora X. ad ductum Illustris HEISTERI partem anatomicae, quae agit de visceribus corporis humani, theoretice explicabit. Priuatum de more horis confuetis IX. & III. anatonem in corporibus humanis administrabit & docebit, nec non per intervalla nuper editas institutiones suas osteologicas, quae in officina Rengeriana profant, vberioribus commentationibus illustrabit: iis autem, qui in secundis corporibus se exercere cupiunt, eorum copiam faciet.

## PHILOSOPHICAE.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS publice hora III. idiomatica & syntaxin Ebraeae linguae, cum partem philologiae sacrae intelligendo codici sacro apprime necessariam, curatius exponet: priuatum vero lectioni commilitonum numero, vti superiore semestri iam factum ab eo est, Arabica denuo tradet, idque hora, de qua inter illos conueniet.

MICHAEL ALBERTI. Instituto Publico de Meteoris Igneis acturus: priuato labore, debus Mercurii & Saturni a X. ad XI. aperiet Collegium Disputatorium, praemissa huc referenda sobria & perspicua Logica.

IO. IOACH. LANGE, hor. IV. *Mathesin puram publice; applicatam autem hor. II. priuatum* demonstrabit: *Physicam dogmatico-experimentalem hor. I. explicabit.* Scholis *Algebraicis & Metallurgicis*, quarum synopsis in *Grundriß p. 30. seqq.* exhibetur, desiderantibus inseruire studebit, si modo tempestiue nomina sua protulsi fuerint vt de horis cuius labori impendendis certum aliquid statui possit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER in publicis recitationibus illam Physices partem, quae *meteora* complectitur, seorsim explanabit; priuatum autem versabitur in tradendis & explicandis *Physices dogmaticae* fundamentis, diesque ac horas, laboribus his destinandas, consueto tempore e valuis publicis indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG pragmatica ratione docebit *Historiam Imperii Germanici* duce STRYVIO a III-IV. *Historiam Vniuersalem* ad PFENDORFII introductionem a IV-V. Collegio *Iuris Publici* commodam horam tempestiue definit, nec minus in institutionibus atque exercitationibus stili Romani perget. Initium facturus finitis nundinis Lipsiensibus d. XVIII. Octobris.

IO. HENR. CALLENBERG *Rabbinicae* linguae instituet exercitationem; Principia idiomaticis, quod compositum est ex linguis, *hebraica & germanica*, docebit; nonnullasque sermone hoc compositas scriptiones explicare paratus est.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ, diuina fauente gratia, per instant semestre hibernum publice perget in *curso oeconomico*, quem praeredito paschali tempore auspiciatus est. Priuatum 1) scholas *metaphysicas*, & 2) *politicas* aperiet, ductum Perillustris Dni Cancellarii, L. B. de WOLFF secururus. Addet 3) lectiones *curiosas graecas*, singulis *noxi foederis* libris philologicis illustrandis inferuentur: neque 4) iis deerit, qui *lectiones ebraicas in difficiliore V. Test. libros* desiderabunt, dummodo in tempore.

tempore suorum votorum summam cum ipso communicaverint. Horas cuius labori consecrandas mature satis ex tabula publica significabit.

GEOR. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX - X. Metaphysicam Celeb. BAVM-GARTEN, X - XI. eiusdem Ethicam philosophicam. II - III. Logicam. Publice III - IV. dierum Lunae & Martis Hermeneuticam vniuersalem docebit.

### EXTRAORDINARIAE.

ADAM STRVENSEE, ad finem perducta introductione in libros symbolicos historica & dogmatica, vt voluntati ac desiderio Dn. Commilitonum satis fiat, hora IX. matutina praecepta tradet homiletica, methodum ostensurus concinnam, orationes sacras solide & pie elaborandi riteque habendi. Hora III. vero pomeridiana epistolam Pauli ad Romanos ex principiis hermeneuticis interpretabitur. In explicatione asctica epistolarum Petrarum sedulo perget: nec non disputationes in theses theologicas continuabit.

D. IO. FRID. IOACHIM priuatim hora VIII. *Ius Germanicum* ad ductum *Elementorum* V. C. ENGAVII tradet; Hora IX. *Ius Feudale* ad seriem *Elementorum* Ill. WOLFFII docebit; Hora XI. *Ius Publicum Imperii Germanici*, duce Ill. MASCOVIO, interpretabitur; Hora III. *Historiam Imperii Germanici* ad normam compendii sui: *Einleitung zu der Reichs-historie*, proponet; Hora IV. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae* ad filum libri sui: *Einleitung zu den Geschichten der Europäischen Königreiche*, enarrabit. Denique hora I. diebus Mercurii & Saturni, *Collegium Artis Heraldicae*, praeunte WEBERO in *Examine Artis Heraldicae*, aperiet selectis auditoribus.

IOANNES HARTWICH REYTER docebit hora VIII. *Ius canonicum* duce ENGAVIO in *elementis iuris canonico-pontificio-ecclesiastici*: hora IX. *Ius naturae* praeunte DRIES in *institutionibus iurisprudentiae vniuersalis*: horis X. & II. *Pandectas* ad ductum BÖHMERT: hora XI. *Institutiones Iustinianas HEINECCI* compendio usurus. Nec iis deerit, quorum e re collegium examinatorium aut disputatorium videbitur.

CAROLVS FRIDERICVS PAVLI, Iur. Publ. & Hist. P.P. omnem nauabit operam, vt Clementissime demandato officio satisfaciat. Hinc, *publice*, Die Sabbath. hora II. in explicando suo Compendio *HISTORIAE BRANDENB.* sedulo perget, *priuatim* vero hora X. & II. *Notitiam Statisticam Europaeorum regnorum*, hora XI. *Notitiam Statisticam totius I.R.G.* ad propositiones calamo tradendas, docebit, hora III. *Historiam S. R. I.* ad Cel. SCHMAVSIVM declarabit ac hor. IV. *Historiam Vniuersalem Politicam* ad B. FREYERI compendium perlustrabit. Nec iis deerit, qui *Notitiam Statisticam Provinciarum Germaniae Specialium* desiderabunt.

D. HENR. BASS, de Arte obstetricandi materiam praeleget publice d. Mercurii & Saturni hor. X. priuatim medicinam legalem hor. II. & Chirurgiam medicam hor. I. Initium lectionum e valuis indicabit publicis.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI post labores publicos & priuatos aestiuales sedulo & constanter cum crebrioribus excursionibus botanicis peractos, nunc per hyemale semestre Differentiam Seminum & capsularum Seminalium *publica* tractatione die Saturni hora X - XI. explicabit. Priuatim vero Fundamenta botanica & Historiam Plantarum solita industria illustrabit. Initium erit die XXIII. Octobr.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN per instans semestre hibernum de oculorum adfectibus publice ager; priuatim autem BOERHAAVII institutiones exordietur, & infantum morbos ad ductum SCHVLZII pertractabit. Horum laborum initium horis cubilibet aptissimis & consueto tempore fiet.

CHRISTOPHORVS CAROLVS STRVMPFF *publice* Fundamenta botanica Cl. LINNAEI explicabit; *priuatim* Chemicam & materiam medicam tractabit.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice hora I - II. artem concinnandi formulas medicamentorum, priuatim vero hora X - XI. pathologiam tam generalem quam specialem & hora II - III. materiam medicam ad praxin applicatam docebit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, P.P. finitis Lipsiensium nundinis autumnalibus, volente & auxiliante Summo Numine, inchoabit & per semestre hibernum debita fide ac indefessa diligentia ad finem vsque continuabit: 1) *cursum philosophiae Wolfianae*, ad Cl. BAVMEISTERI *elementa philosophiae recentioris*; 2) *collegium oratorum theoretico-practicum*, praeunte cel. GOTTSCHEDIO; 3) *epistolographiam germanicam*, adhibitis regulis optimisque aliorum exemplis, per C. epistolas exercendam; horis cuiuslibet nruvi aptissimis; nec vmquam deerit iis, qui speciatim *carmina, epistolas, orationes* &c. ab eo desiderabunt.









(21)

CONSPLECTVS  
G A B O R V M

QVIBVS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCII.

OCYVABVNTVR

PRO-RECTORE  
IACOBO GABRIELE WOLFIO,  
POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO IVRIVMQUE  
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.



P. P. D. XXVII SEPTE



HALAE SA  
LITTERIS HEN

